Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26181
Copyright: Admont, Benediktinerstift

migrationem loquitur. cum illos increpat. quod abstatu rectitudinis ad erroris uitia in transmigratione ceciderunt. Frat̄ interrogauit senem di cens. Si incurrerit monachus in peccatum & affligitur pro eo. quia de p̄fectu in deteriorem statum peruenerit & laborat donec resurgat? Respondens autem senex dixit. Monachus temptationem incurrens. sic est tamquam domus quę cecidit. Et si sobrius fuerit in cogitatione sua reedificat eam. in ueniens materias ad edificium profuturas. habens posita fundam̄ta & lapi des & arenam & cętera quę sunt ędificationi necessaria. & ita uelocit̄ ei9 fabri ca proficit. ita & monachus si in temptationem ceciderit. & conuersus fuerit ad dominum habet plurimum apparatum. meditationem diuinę legis. psalmodiam. opus manuum. quę sunt fundam̄ta edificii spiritualis.

BIPERTITA DE COGITATIONE. XXXVI.

Bipertita est causa peccandi id est operis & cogitationis quorum unum iniqui tas dicitur quod opere geritur. aliud iniusticia. quod cogitatione ad mittitur. Prius aut̄ actio resecanda est postea cogitatio. Prius praua opera. post modum desideria. Vicissim autem & a cogitatione opera procedunt. & ab opere cogitatio nascitur. quamuis & si ab op̄e malo quisq; uacet. pro solius tamen prauę cogitationis malitia non innocens est. Unde & domin9 p̄ esaiam. Auferte inquit malum cogitationum uestrarum ab oculis meis. Non enim factis solum s; & cogitationibus delinquimus. si eis inlicite oc currentibus delectemur. Sicut uip̄a a filiis in utero positis lacerata p̄imi tur. ita nos cogitationes nostrę intra nos enutritę occidunt. & conceptę in terius uipereo ueneno consumunt. animamq; n̄ram crudeli uulnere peri munt. Dum unusquisq; diuina inluminatione preuenitur. statim mo lestiis turpium cogitationum pulsatur. S; di seruus iudicio timoris dei temptam̄ta a semetipso reicit. bonisq; contra obiectis cogitationibus tur pes a se repellit. Magna obseruantia circa cordis est custodiam adhiben da. quia aut bone aut malę rei ibi consistit origo. Nam sicut scriptum est ex corde exeunt male cogitationes. Itemq; si prius prauę cogitationi re sistimus. in lapsum operis non incurrimus. Plerumq; ex bonis operibus discimus. quantam uitę munditiam in cogitatione construamus. Pene cuncta bona opera ex cogitatione prodeunt. S; sunt non nulla cogitati onis acumina. quę ex operatione nascuntur. Nam sicut ab anima opus sumitur. ita rursus ab opere animus eruditur. Ualde necesse est. ut cum cogitatio extra usum ducitur. protinus mentis oculus ad op̄a trans acta reuocetur. In sola non numquā cogitatione delinquitur. & quia